POSITIONES MEDICÆ

De

DYSENTERIA

Quas,

Favente CHRISTO, Medico SUMMO,

Præsidente

VIRO CL. EXCELLENTISS. EXPERIENTISS.

DN. DAN. SENNERTO,


Medicinæ & Doctore, & in Celeberrimâ Septemvirali ad ALBIM ACADEMIA PROFESSORE PUBL. celeberrimo, FAC. MEDICÆ SENIORE meritiss. Dn. Præceptore ac Promotore observando,

Publico placidoq; Auditorii Medici EXAMINI subjicit

M. HELVICUS Dietrich/

Kyrttorffensis Hassus.

Ad d. 23. Xbr. Horis à 7. matutinis.



WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typographicâ CHRISTIANI THAM, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXIV.

POSITIO I.



YSENTERIAM, Tormina, Intestinorum Difficultatem, Reumatiſmum cum Ulcere, aliter, dicas, nihil impedit. *Germanis* nunc die Rothe; nunc die Weiſſe Ruhr (ob mucoſi cujuſpiam quandoq; admixti excretionem) dicitur. *Græcis* Δυσεντερία eſt à δὺς & ἔντερον, à loco nempe affecto ſic dicta. *Chymici, Morbum Diſſolutum* adpellare gaudent.

2. Nos Vocabulum *Dyſenteriæ* retinere malumus: atq; ita, ut non quemvis fluxum cruentum (quo nomine & Ἔκκρισιν ἡπατικὴν, *Fluxum Epaticum*, cum binis aliis, à *Gal.3. Sympt. Cauſ. 2.* deſcriptis, teneret) ſed iſtum, qui cum Inteſtinorum Exulceratione, dolore & dejectione frequenti fit, notet.

3. Hinc ita deſcribere lubet: *Dyſenteria eſt fluxus alvi cruentus, uſq; frequens, cum Inteſtinorum exulceratione & torminibus.* Aut; (ſi cauſas unà mavelis) *Inteſtinorum exulceratio, cum crebrâ dejectione cruentâ & purulentâ, ventris item dolore ac torminibus, ab acri & erodente humore ortus.*

4. Habes heic 1. non tam *Solutæ Unitatis*, ab Ulcere; quàm & *Intemperiei, pravæq;* Similaris Inteſtinorum *Conſtitutionis, Morbum*; Διαίρεσιν *ſc.* καὶ ἀναστόμωσιν. 2. *Locum affectum*; Inteſtina nempe, vel Tenuia; vel Craſsa; (hæcq; frequentius hoc malo obruta) vel utraq;. Ubi tamen ſæpius Ventriculum vel Epar affecta eſſe, probabile eſt; curatio quoq; monſtrat: Lienem interdum conlaborare, colligi poteſt, tum ex aliis, tum ex loco *Ariſtotelis 2. part. anim. 7.* διὰ τὴν ἐνταῦθα παλίῤῥοιαν τῆς ὑγρότητος, πολλοῖς καὶ κοιλίαι ὑγραὶ γίνονται τοῖς σπληνιῶσιν, ὥσπερ σκληραὶ τοῖς λίαν οὐρητικοῖς, διὰ τὸ ἀντισπᾶσθαι τὰς ὑγρότητας. Corrigente ita *Cl. D. D. Caſp. Hofmanno*, Præceptore ac Promotore meo obſervando, *in de*

Uſ. lien. c. 14. 3. *Symptomata*, ab Inteſtinorum, aliorumvé nutritioni dicatorum viſcerum, læſis Functionibus orta. 4. *Cauſam continentem*; Inteſtinorum ſc. eroſionem.

5. Unde autem Eroſio ſ. exulceratio hæc, ac ſimul ipſa, quam ceu in ſinu ſecum gerit, Dyſenteria, ortum trahant; altiori opus indagine. Ut per *Cauſarum* circulum breviter curramus: Loco *Proximarum Antecedentium* ſeſe in Malo hoc noſtro obferunt *Humores acres*; vel in ipſo loco affecto geniti; vel aliunde è corpore (id quod ex Febribus Malignis & Peſtilentibus inprimis patet) eò tranſmiſſi, peculiari tamen hâc διαθέσει dispoſitione quaſi imbuti, ut *Purgantium inſtar*, reliquos in corpore humores conturbatos, ad Inteſtina ablegare, eaq; ſpecifico hinc aliquo modo læſa, ad Fluxum hunc Dyſentericum concitare poſſint.

6. Ex humorum talium cenſu ſunt 1. *Bilioſi* flavi; primordia Dyſenterica plerumq; cauſantes. 2. *Atrabilares*, lethi ferè prænuncii. 3. Pituitoſi *Salſi*, ex ſententiâ *Gal. 3. aph. 12. & 3. Epid. comm. 7. aph. 70.* 4. *Maligni*, Peſtilentes ac Contagioſi. Conſiderandiq; hi omnes, vel quà toto, vel quà non toto genere p.n.

7. Quia tamen humores modò dicti, etiam mordaciſſimi ac ferè malignitatis naturam ſapientes, non ſemper Dyſenteriam, ſed quandoq; Diarrhoeam ſaltem, excitant: Quid cauſæ heic ſubeſſe putes? An in ſolâ viſciditate, ceu in pice, heic cum *Mercato* hærendum? Cauſa patrocinio non bona! Quid dicemus igitur? Anné Humores heic ita ſe habent ad Inteſtina, ſicut ſe habent Cantharides ad Veſicam? Pulmo Marinus, ad Pulmones?

8. Quid ſi Mineræ Dyſenterificæ vim, Antimonii, Ellebori, Colocynthidis, Cucumeris aſinini, Tithymalli, Laureolæ, Euphorbii, aliorum, viribus dicamus ſimilem? Et ſicut hæc humores fermentandi, turbandi, exaſperandi vim habent: ita & iſta?

9. Hinc dicere quid vetat? Humores Dyſenteriales, adpropriatâ quâdam facultate Inteſtinis inimicos, à vi illâ occultâ, quam Antimonialem, Elleborinam, Aloëticam, Colocynthicam, aliam, dicas, nil intereſt, commotos ac compulſos, *fermentatione* ſeu agitatione aliquâ per μίασμα Dyſenterificum factâ, ad Inteſtina ruere, ea aloëzare ſeu colocynthizare (liceat analogica verba fingere)

iſtis

iſtisq; hoc modo exulceratis, Epidemium illud, ut plerumq; ita eſt, malum creare?

10. Imitabuntur ſic naturam *Medicamentorum purgantium* (quam penitius perſpiciat, qui velit ex *Tract. CL. D D. Præſ. & Præc. d. Conſ. & diſſ. Chym. cum Ar. & Gal. c. 18. p. 690. ſeqq. & diſp. 12. D. D. Melch. Sebizi, de Purgat.*) quæ & ipſa à totâ ſui ſubſtantiâ, humores ſibi ſimiles alliciunt, fermentant, excitant, conturbant, bonos à malis ſeparant, quibus poſtea ceu ſtimulis agitata *Natura*, ſubſidio forſan facultatis Medicamentorum purgatricis ſpecificæ adjuta, eos peculiariter ad Inteſtina; non corporis ambitum: Hydroticorum inſtar; nec ad Renes & Veſicam: Diureticorum inſtar; ablegat.

11. Ita nempe dicta Minera Dyſenterica, ſimilem *maligno miaſmati* diſpoſitionem adepta, atq; ad Inteſtina detruſa, ſedem ibi figit, Inteſtinalem temperiem corrumpit, alienam eis διάθεσιν inprimit, continuitatem ſolvit, ulcus inducit, concoctionem impedit, adfluentem chylum, reliquosq; humores inficit, eos fluxibiliores acrioresq; reddit, fæces excrementoſas ad aliam formam p. n. diſponit, Venas meſaraicas mordendo aperit, adeoq; Inteſtina debilitat, exulcerat, horum, ut & Venarum meſenterii, quin imò Ventriculi, quandoq; & Epatis ac Lienis, Retentricem lædit, ac Purgantis Cathartici inſtar, fluxum hunc cruentum ac frequentem, Naturamq; ad eum expellendum, excitat & ſtimulat.

12. Si autem mireris, cur hæc Minera ad Inteſtina, non ad alias partes fluat: & cur eis ſolis adpropriato iſto modo infeſta ſit? Dicta jam eſt ratio, nobis ſat hâc vice probabilis. Dico iterum. Cur Pulmo marinus, ſolis Pulmonibus? Cur Cantharides, ſolis Renibus, ſoli Veſicæ; inſidiatur? Cogita interim, quæſo! quid fiat in Anginâ, Tuſſi, Pleuritide, Catarrhis, Scorbuto, aliis morbis Epidemiis ac Contagioſis? Imò quid in Podagrâ Epidemiali *ap. Athenæum in Dipnoſoph. l. 2.* factum? Sicut enim heic, puto, ad certas partes μιάσματα tranſitur: ita ibi quoq;!

13. Sed mittimus hæc. Quæras forſan, quid *mucoſum* illud ſit, cujus *§.* ſtatim *1.* facta mentio, quod unâ cum ſanguine quandoq; excernitur? Et reſpondemus breviter: Nec eſſe pinguedinem Inteſtinorum abraſam; nec pituitam; ut Vulgus Medicorum ſtatuit:

 Sed

Sed *Pus*, non tam ex Inteſtinorum, quàm humorum adfluentium corruptione proveniens, quod pro varietate partis, humorisq; irruentis, & ipſum variat.

14. In cauſarum Evidentium circo reponimus *Medicamenta venenata*; qualia ſunt ♄, ☿ ♎tus, Arſenicum, Pulvis Adamantis, Cantharides, vitrum pulveriſatum; Huc referunt quidam Acetum in Vaſe plumbeo diu adſervatum: verentur & aquam per canales plumbeos diffluentem: inunctiones item ex Hydrargyro, alia.

15. His conſpirant purgantia fortia; Elleborus, Scammonium, Eſula, Cucum. aſin. Colocynthis, Tithymallus, alia: Nec tam fortia, quàm & Leviora, in majori licèt doſi porrecta. Humores enim iſta omnia ſuo modo irritare, ad Inteſtina deducere, eaq; inflammare ac erodere potis ſunt.

16. Inter Remotas cauſas numeramus aliqua, quæ vulgò è ſex Rerum non Naturalium, ſ. neceſſarium ſ. contingentium ſumuntur ordine: *Utpote Adſumta*; I *Aërem*; Vel manifeſtis: quas *Hipp. 3. aph. 11. 12. 16. 17. 22. alibi* deducit: Vel occultis qualitatibus à totâ ſubſtantiâ, peccantem: *Exemplis*; aëris cujuſdam in cavernis terræ diu multumq; detenti; Lacuum & Stagnorum; ſentinarum navalium; cadaverum multo tempore abſq; ſepulturâ jacentium (quæ multi militiæ dediti malo ſæpius experti omine) Terræmotus; Meteororum Ignitorum; Vetuſtæ illius arcæ in Babyloniâ, *ap. Jul. Capitolin. in Vero*. ac putei in Campaniâ, apert. *ap. Guainer. de peſte c. 1.* Ex quibus, iisq; ſimilibus omnibus, aërem miaſmaticè infici potuiſſe & adhuc poſſe, nemo inficiabitur. Confer *CL. D. D. Præ. in de Febr. p. 784. ſeqq. Fernel. 2. abd. rer. Cauſ. 12. Plater. de Febb. Alios.*

17. Et videtur maximè cum *Hipp.* heic & alibi ΘΕΙΟΝ aliquid ponendum, quidquamq; manifeſtis qualitatibus (ad quas omnia reducere velle, *cum Scalig.* extrema inſipientia ſit) potentius, in cœli nempe Influxu & Aëre, Influentiis ſubjecto, inquirendum. Hinc parum abeſt, quin dicamus, provenire, cauſari, ſignari, (utcumq; dicas, modò rectè ſentias) ab *Aſtris*, indeq; ab *Aëre* quandoq; alterato, imò quandoq; non alterato, ſed priſtinæ ſuæ qualitati relicto; malignitatem ac venenoſitatem aliquam, vel ἄλλο τι ὅμοιον, quomodocunque id nomines nomine, quod ad Dyſenteriam, Epidemiam; Peſtem; Febres Peſtilentiales ac malignas; alia contagioſa,

gioſa,

giosa,inducenda & excitanda; ratione effectus pravi,colocynthy-di (ad nostrũ genus hæc adplicari cupimus) Esulæ aliis,confine sit!

18. Atq; ut ad cœlum paullò dirigamus calculum; Conside-ret,si volet, *Astrologo-Medicus*,non tam dudum,quàm nuper præter-itas malignas Cœlorum, (indeq; & aëris) constitutiones; Magnas potissimùm illas superiorum *Magnorum Planetarum Combinationes*, quas certis de causis huc transferre liceat,inprimis cùm nõ parum detrimenti & mihi in Revolutionibus meis, in quas exactè incide-runt,minatæ fuerint. Sunt autem è principalioribus hæ: ♄ sc. ♃, ♂, ☉, ☽, ☿, ☌ in ♋, quæ ☌ Ann. 1622. sub finem JunI accidit, ubi in-terea ♄ & ♃ ℞ gradi, nunc iste ♋ cum ♌: nunc hic ♌ cũ ♍; com-mutârunt. Item; Anni 1623. die 22. 1. Jun. ♄ ♃ ♀ ☿ ☽ ☌ in ♌: ☉ inte-rim in ☍ ♂ existente, quibus tamen & ipse ☉ postea Mens. Jul. & Aug. ☌-ctus fuit. Item: ♄ ♃ ♂ ☌ in ♌ Ann. huj9 1624. sub fin. JunI. Postmodum die 2 seq. Aug. Hor. o. Min, ó ♄ ☌ ♂, amborũ Malefi-corum in uno gradu, uno min 21.57. ♌ accidit. ☉ eisd. quoq; parti-liter ☌-cto: Conjunctis simul prædictis tribus superioribus, & trib9 his inferioribus ♀ ☿ ☽. Adeò ut tum omnium simultanea fuerit ☌, ♄ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽ in ♌; Excepto solo ♃ in ♍ subsistente: Progressu autem facto, ejusd. hujus Anni Mensis Septembris initio, ♄ locum cum ♃ commutavit, & ceu Insignis Prælatus poténsve Dominus, ante alios in ♌ solus sterit, cæteris post ipsum, à pedibus instar, ♃ sc. ♂ ☉ ♀ ☿ ☽ in ♍ ☌-ctis. Ubi itidem ♂ ☌ ♃ partilis, ♂ tamen paullùm superiore existente, observanda venit.

19. Et ut de Leonino signo (quod tamen de toto △ igneo ♈ ♌ ♐ principaliter verum est) in rem nostram pauca dicamus: In isto, ut-pote domini suæ ♒ ☍to, ipse ♄ & detrimentum suum, & quãdoq; (quod plurimi hactenus Exquisiti & Experti Astrologi observârũt) malignitatem ac Pestilentialitatem & patitur & exercet, potiss. si ♂ti inibi ☌-ctus sit. Unde cùm ♂ per se morborum acutorum & calidorum Author sit, ♄ a. (ceu morborum prolongator) in ♌ po-tiss corruptioné ac malignitaté, malitiei Martiali addat: Habemus jam dum, quod volumus. Imò observatum à quamplurimis, ♄ cũ ♂ potiss. in Igneis, aliisvé venenatis signis, maximè tamen in ♌ (cui signo cor & ventriculus, principalium & ministrantium corporis humani partium præcipuæ, subjacent) per certos quosdam An-

nos

nos, certis nonnullis Regionibus ac Locis, infestum fuisse & adhuc esse.

20. Audiamus (sed absq; nauseâ) tria saltem exempla, è tribus Authoribus alleganda. *Peucerus in de Divinat.* refert, ♄um, per ♌ aut ♒ decursum, *Witebergam* hanc multoties malignis morbis, quos ♂ ☌ vel ☍ ♄ exasperârint, infestâsse. Fecitne E. & idem Saturnus, ♂ti præteritâ æstate in ♌ ☌ctus, *Dysenteriam Epidemiam*, *Witebergæ* itidem heic grassantem? Fecitne idem ♄ ☌ ♂ in ♌ (taceamus cæteros jam planetas, quibus simul ☌e vel □o vel ☍e infestus fuit) *Pestem* illam in *Hassiâ*, cui alioquin sub ♌, & bello intestino & morbis intestinis, sat inimicus hactenus exstitit? Unde non immeritò ceu Delphici oraculi vice quis exclamâsset!

Ἵξει Κελτιακὸς πόλεμος, λιμὸς χ' ἅμα λοιμός.

21 Fecitné idem ♄ *Dysenteriam* illam *Epidemiam*, Anno 1616. in *Thuringia* præc. & *Hassiâ* grassantem, cujus Anni Mensis Aprilis initio fuit ☌ ♄ ♂ ☉ ☿ ☽ in ♈, ♃ in ♐ existente; signis binis igneis? Quo ipso tempore & puerum quemdam Natum, postmodum autem Dysenteriâ quoque Epidemiâ denatum novi! Fecitné idem ♄ alia mala, alibi? *CL. D.D. Origanus*, Mathematicus ad viadrum Professor celeberrimus, refert *part. 3. Ephemerid. c. 8. de effectib.* Ipsum quoque ♄, singulis fere denis annis, in △ præc. Igneo Urbi ad viadr. *Francofurtinæ*, pestili infectione exitiosum fuisse. *Fallop. tract. de Therm. Aq. & Metall c. 11. p. 234.* ait: *Pisis*, quarto quoq; anno *Dysenteriam* grassari solere. Causâ dubio procul non tantum ex sublunaribus, sed & occulto cœli influxu, Saturnino præs. & Martiali oriundâ. Alia nunc adferre non licet: Satius autem heic fuisse puto, occultiores causas veriores, quàm manifestas falsiores, adduxisse; In quibus cùm malignus iste Falcifer hæc nobis otia fecerit, jure in eum, quod *Sugel.* in *Cometas* tulit, transferre poterimus: Nempe

Vidimus obscurâ flammantem falce Saturnum
Arguere è Cœlo funera, bella, famem!

22. Consideret nunc *Astrologo-Medicus* (qui saltem Astrologiæ aliquem in Medicinâ usum admittet:) prædictas magnas magnorum Planetarum conjunctiones, magnos adspectus, istorumq; cum aëre trutinam suspendat, & facilè, credo, ex Arte ac Experientiâ colliget, non modò quot & quanti, ex *Miasmate superiori*, cum

& absq;

& absq; aëre, Morbi Epidemii, Febres nempe, malignæ ac Pestilentiosæ, Pestis ipsa, *Dysenteriæ*, alii: Sed & quot ac quantæ in aliis Rebus Sublunaribus, terrâ-nascentibus, ἀ῞λλαιώσεις ἐᾶδικαῖ, Vel ad miraculum usque mirandæ, præterlabsâ potiss. æstate, acciderint! Imò quot *Critici Dies* malè ceciderint, ægrotantesq; plurimos è vivis fustulerint, quibus *Quadrati Lunares*, ratione principii morbi sic dicti, in tot malignos ac maleficos adspectus inciderint! quotidianâ id etiamnum monstrante Experientiâ! Quin & quid ♄ non tam in Criticis Diebus quàm Annis Climactericis aliâs possit! Sed de his plura nunc non est dicendi occasio.

23. Taceo jam siccoq; pede transeo, quid *Peculiaris Influentia Cœlestis* in *Individuis Humanis*, ad certam aliquam dispositionem morbificam, in specie Pestiferam, Febriferam, *Dysentericam*, aliam, constituendis ac determinandis possit. Exempla istiusmodi Astrologica, ubi petentur, non deerunt: Quæ dicto modò fine huc faciënt, ut certior saltem inde reddi possit ratio, cur non omnes æquè ad Dysenteriam Epidem. (de hâc enim præcipuus nobis sermo) suscipiendam sint faciles? Sed transeant hæc! Quæras autem forsan, quorsum ista? *Eorsum*: Ut indicem saltem, non semper in *primis*, nec semper in *secundis* hærendum; sed quandoq; etiam ad *tertia, quarta, quinta* & ultrà prosiliendum, interque abditas Rerum Causas nec *Cœlum* negligendum esse: Unde plurima in *isto* adhuc latére occulta non inmeritò suspicamur. *Sed hæc forsan ultra crepidam?*

24. Ad *Aërem* referendum II. Videtur *Contagium*. In quo mirari subit, quòd pars laborans, per Excrementa sua, sibi similem partem afficiat: Exemplo Contagiorum *Ophtalmicorum* & *Phtisicorum*. Idem in Dysenteriâ heic evenit, per assellationem scilicet super locum Dysentericorum, adplicationem Clysterium per Instrumenta Dysentericis prius communia, communem item cum Dysentericis conversationem, compotationem, alia. Licèt *Jul. Cæsar Claudin. in Responss. Medicc.* Dysenteriam morbum contagiosum esse neget.

25. His adcensemus III. Edulia, facilè in acres, mordaces, putridos, corruptos humores convertibilia: Fructus in specie ὀπωρινὰς; uvarum item, rubiginis sæpius, carbunculorum, Ver-

mium, vitiis corruptarum, esum: hincq; non tantùm, sed & è pyrorum, pomorum succis, expressi musti, impurum ac corruptum potum. Nec est tamen, ut propterea solam in istos causam Dysentericam (quod quidam faciunt) conjiciamus. Cum & Infantes lactentes, aliiq; fructuum talium non compotes, malo isto Epidemio corripiantur: imò Dysenteria multoties Epidemia fiat ante τῶν ὀπωρινῶν proventum aut maturescentiam. Quin reliquorum quoque cibariorum s. victualium immoderatus, insuetus, indebitus usus huc facit, clamante miserâ hactenus multarum Copiarum calamitate. Videatur CL. D. Præs. Inst. l. 2. p. 2. c. 2. & 3. & l. 4. p. 1. c. 3.

26. IV. Inter *Retenta & Excreta*; Suppressio consuetarum purgationum, quas αἱματηκρίσεις dicere liceat, hæmorrhoidum, menstruorum, aliorum; causa esse poterit. Noto cujusdam exemplo, cui, ob amputationem utriusque pedis, retentus sanguis malum ejusmodi tandem procreavit, quod quamvis initio Diarrhæam sapere videatur, in Dysenteriam tamen quandoque ut vergat, facilè evenire potest. Referunt huc nonnulli è *Gestu*; vehementiam motus, nimietatem somni (meridiani) & vigiliarum, intemperantiam Adfectuum: Sed nimis ista longè petita sunt.

27. Inter *Extrinsecus accedentia* V. Veniunt ea, quæ per occasionem *th.* 24. dicta sunt, quibus accedunt, lecti Dysenterici cousurpatio & alia. Quæ omnia ut Dysenteriam excitent, aderunt, quæ adesse vulgò debent. His auditis, si & *Chymicam causam* audire lubet, statuitur illa esse ex *Sale Resoluto*; sed cum grano salis, sal istud resolvendum & degustandum! *Quot quæso Morbi Chymicis fiunt ex* ⊖ *Resoluto? Sed quomodo etiam ex sale illo different?* Plerumque E. in ista resolutione ne *micam* quidem *salis* reperire fas est.

28. Quoad *Differentiam*; Proponuntur aliqua etiam à *Magnis Viris* ex *Gal. 4. aph. 26. & 6. loc. aff. 2.* Sed; quod pace *Tantorum* dicere liceat, pleraq; non satis ad Rhombum. *Pinguedo* Intestinorum interna quæ adducitur, merum q. figmentum est. Istam enim hactenus non viderunt Exquisitiores Anatomici, nec ea unquam in Sectionibus, quas vidimus, oculis sese obferre voluit. E. Non Entis hactenus nulla sunt accidentia, & nullius internæ pinguedinis,

nulla

nulla egestio. Num forsan, si quæ initio Dysenteriæ egeritur, (de quâ tamen adhuc dubium) ex colliquatione extrinsecus Intestinis obductæ, vel è partibus vicinis illabsæ (venas mesaraicas potiss. circumhærentis) pinguedinis, ortum habet?

29. Simili ferè nauseâ laborant *Crustæ* Tunicæ Intestinalis internæ, item *Ramenta*. Istas Epidermidi cutis comparare sat tutum non est: Veriorem potius crustam referunt *Villi* s. fibræ *Fallopii*, descriptæ *in Inst. Anat. cap. de Intest.* Ramenta tanta, tantas carunculas, ex Intestinalibus Tunicis excerni, & tamen ægros (ut quidam dicunt) tutò convalescere, imaginari nobis ne vix quidem possumus. Constitutio enim Intestinorum id non pati videtur, quod & subgerit exemplum *à Schengk. obs. 142.* adlatum. Annon *Ramenta* potius, quæ tanti ferunt, pro *muco* & *pure* habenda forent?

30. Dysenteria aliâs alia fit per essentiam (licèt rariùs) alia per consensum; eaque vel per crisin, vel per symptoma, alios morbos, Febres præs. ardentes, malignas & pestilentes, Hydropem ac similes, sequi solet. Diversam aliam, diversum Ulcus, diversæ causæ aliæ produnt. Hæret item alia in Intestinis vel Tenuibus, vel crassioribus, (hisq; frequentius, ob adjunctum *Tenesmum*) vel utrisque. Alia item est γνησίη, alia γεγονεῖα s. κατασκευασθεῖσα, ut *Gal.* loquitur. Alia salutifera, alia mortifera; Alia denique cum febre, alia sine febre.

31. Quoad Διάγνωσιν; Dysenteria facilè quandoque cognoscitur: modò tamen rectè & cautè ab aliis alvi fluxibus: Epatico, Lienterico, Diarrhæali, Hæmorrhoidali, *Scorbutico*; discernatur. Discretio enim ista non parùm ad curationem faciet. Adsunt nempe in *Dysenteriâ*, Torsiones Ventris, crebra alvi exonerandæ cupiditas, pauca licèt sæpius dejectio, (idq; ob tenesmum) sanguinis, puris, muci, aliorum humorum, cum fecibus permista excretio, & quæ sunt alia, quæ omnia hoc censu in reliquis fluxibus non eveniunt.

32. Et quidem, ut discrimen saltem aliquod (cujus ratio non debet esse abscondita) à Scorbuticâ alvi fluiditate adpareat. In Scorbutico (differentiæ causâ sic dicto) fluxu, fæces modò compactas, modò liquidas, cibo ingesto copiosiores, vario colore tin-

ctas, magnoq; ordine ac numero perdius & pernox excretas; interdum & ſanguinem craſſum, fecibus inpermixtum, ac pœnè ſine dolore aut torminibus exeuntem; cernere conceſſum. Quâ ratione, facilè ab omnibus aliis alvi fluoribus differre poteſt. Ut causarum, ſymptomatum, curæ (adſtringentia plerumque non admittentis) diverſitatem jam prætergrediamur. Videatur ſaltem *CL. Dn. D. Præſ. ac Præc. Tract. de Scorbuto c. 5. p. 117. n. 39.*

33. *Excreta Dyſenterica* varia, varios humores arguunt, in quibus tamen maximam partem dominantur *Biliosa*, putrida, malèolentia. Ratione Ulceris, permixta ſunt cruenta, ſanioſa, purulenta. Hæc tamen excretorum Varietas, nihilominus diſcernenda etiã eſt, à varietate illâ Scorbuticâ, quæ in fecum excretarum videtur coloribus, qui heic maximoperè ſunt herbacei vel cinerei. Hæc etiam varietas & permixtio in & cum fæcibus, facere quodammodo poteſt ad cognitionem *Loci affecti*: Ubi tamen neceſſe eſt, ut addamus & alia, conſiderantes ſimul Dolorem; locum doloris; Tempus excretionis excrementoſæ; cruentæ item ac purulentæ materiæ, cum alvi excrementis, mixtionem.

34. Heic obiter quoque notamus diſtinctionem inter *Dolores Ventris Dyſentericos, Scorbuticos & Colicos. Hi*, non adeò ſolent eſſe pertinaces, coliq; ductu circumſcribuntur. *Medii, Scorbutici* ſc., magis diuturni ſunt, ad 40. etiam diem, imò ultra, extenſibiles, ventremq; hi non adtollunt, ſed potius deprimunt, revulſo unà intus Umbilico: Diſtenſio magis ſecundùm longitudinem ſentitur: Inteſtini recti ad ſuperiora fit retractio, unde clyſteres etiam vi intrudendi: Dolores per vices nunc totum abdomen, nunc aliquas ſaltem illius partes, vexant. *Iſti, Dyſenterici*, aliter ſe habent, ſiuntq; cum alvi egeſtione, quâ factâ, leniuntur quodammodo. Diſcrepant quoque in cauſis & modo cauſarum, item in exitu ſubſequentium ſymptomatum. Conferatur *CL. D. Præſ. tract. de Scorb. pag. 91. ſeqq.* Videtur quinetiam differentia quædam latere in Ichoribus: Unde adpellare poſſumus *Ichorem Dyſenterificum; Ichorem Diarrhœalem; Ichorem Scorbuticum*; ſicut & dicimus *Ichorem Hydropificum.* Legatur *CL. Dn. Præceptor Hofmannus in de Ichoribus.*

35. Quidam, ſi dolor ſupra umbilicum ſit, *Tenuia* inteſtina laborare;

borare; *Crassa*, si contrà, ajunt. Sed αὐτοψία istos refutat, ὀφθαλμοφανῶς ostendens, etiam Colon subter ventriculum deduci, plusq; Intestinorum crassorum suprà, minus infra; econtrà, plus tenuium infra, quàm supra Umbilicum contineri: Ileon quoque tenuium tertium, prorsus sub Umbilico repositum esse: Unde in *Herniâ Enterocele* dictâ, hoc (in quo & aliâs Iliaca dicitur fieri passio) in scrotum descendere, notum est. *Breviter*: Intestina tenuia omnia, ferè q. in circulo circa regionem Hypogastrii sita sunt: contrario planè modo, quàm res sese habeat in canibus, ex quorum solâ forsan inspectione, illud Doloris Dysenterici differentiæ fundamentum, ap. Antiqq. eorumque nudos Imitatores, desumtum: quod quàm in homine non valeat, jam patuit.

36. A *Pinguedine* & *Ramentis* quæ sumuntur signa Diagnostica; omninò incerta sunt, ob incerta principia. Hoc aliâs concedi posset: De Ramentis si quid fiat, inde tamen ægros vix pristinam recuperare salutem. *Item hoc*: Laborantibus tenuibus, tenuius; crassis: crassius exire excretum: Idq; vel ex solâ Naturæ Intentione ac utriusque partis diversâ constitutione. Quò forsan & referendus est *4. aph. 26. Hipp.* quamvis & hujus aliæ possent dari rationes: quarum ansam præbere potest *Gordon. lil. Medic. particul. 5. c. 14. p. 603. 604.*

37. His si addantur: Dolor vehementior vel obtusior; Egestio, post dolorem, succedanea vel subitanea; Exquisita vel non exquisita cruoris cum fecibus permixtio; (Nauseæ item, vomitus, ardoris linguæ, vigiliarum, febris quandoque vel præsentia vel absentia:) Res erit eò certior. Ibi enim tenuia; heic crassa, infici, indicium!

38. Quibus tamen hoc addendum: Sanguinis in principio copiosioris effluvium, non statim *Dysenteriæ*, sed quandoque saltem *Diarrhoeæ*, ob ἀναστομώσεις mesaraicarum ortæ, signum esse. Quare non solâ hâc innitendum anchorâ!

39. Febris si adsit, & ista tum suis non destituetur signis, alioquin notis, quibus tamen ex ultimis *th. 37.* quædam adhuc quadrant.

40. Quoad πρόγνωσιν; Subpeditant eam generaliter Morbi

ac Naturæ inter ſe habitus & collatio. Specialiter I. *Locus affectus*; Inteſtinis itaque ſupernis affectis, difficillior curatio; Infernis, contrà.

41. *II. Cauſæ*; Hinc *Hipp. 4. aph. 24.* Dyſenteriam ab atrâ bite ortam pernicioſam ait. Iſtam tamen non adeò deploratam putamus, ſi fiat ex criſi febrili. De cauſis itid eſt *7. aph. 23.* A ſyncerâ dejectione, Dyſenteria; adjicit *Gal. in comm.* malum *7. aph. 5.* Ab inſaniâ difficultas inteſtinorum, aut hydrops, aut Ecſtaſis, bonum. *6. aph. 48.* Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperveniens, bonum. Contrà habetur *aph. præced. 43.* Quorum occaſione dicendum videtur, *Hipp.* aliquando ſumere *Dyſenteriam pro Diarrhæâ.*

42. *III. Effectus*; De his ſunt: *aph. 26. ſ. 4.* Si Dyſenteriâ laboranti, veluti carunculæ dejiciantur, lethale. *6. aph. 3.* In longis Inteſtinorum difficultatibus, cibi faſtidium malum, & cum febre pejus. *Hipp. in coac.* Dyſentericis Vomitus bilioſus initio malus. *2. aph. 14.* In fluxionibus alvi, mutationes excrementorum juvant, niſi ad mala fiat mutatio. *Gordon. lil. Med. p. 548.* Mixtio Colorum in Dyſ. malum. *Ætius Atrabil. 3. ſ. 1. 43.* Peſſimæ ſunt Dyſenteriæ, in quibus quæ excernuntur, porri ſpeciem habent, ſuntq; nigra plurima, varia, graveolentia.

43. *IV. Accidentia*; *7. aph. 45.* A Diarrhæâ, Dyſenteria. Hinc duo colligi poſſe puto; 1. *Hipp. 6. aph. 43.* per difficultatem Inteſtinorum forſan intellexiſſe Diarrhæam. 2. Malum eſſe, ſi Dyſ. Diarrhœæ ſuperveniat, etſi τὸ κακὸν non adjiciatur *in aphorismo. Idq; ex prædict. aph. 43.* Item *7. aph. 76.* Dyſenteriæ ſupervenit Lienteria. Et hoc videtur malum. Malum itid. ſi levatus à morbo, Dyſenteriâ corripiatur. Dyſenteria, præſ. in ardd. febb. intempeſtivè ſubpreſſa, hydropem generare ſolet.

44. *V. Natura Ægri*; Mulieres, Senes, Pueri, difficilius curantur in Dyſ. quàm viri vel juvenes. *Æt. Atrab. 3. ſ. 1. 43.* Dyſenteria infantum cum Vomitu & Vermibus plerumque lethalis. Mulieribus uterum gerentibus, ſi alvus nimium profluat, periculum eſt, ne abortiant. Tales autem in hoc caſu plerumque poſt partum liberantur. *Hipp. 5. Epid. t. 33. 7. Epid. 49.* Ejusmodi Exempla duo etiam hoc in loco obſervavit *CL. D. Pr.* In quorum altero, id forſan

ſan è cœli aliquâ malignâ Directione (♄ præc. vel ♂) petendum, quòd Infans, peracto demum anno, eod. tempore, quo prægnans, Dyſenteriâ laborans, exſtinctus fuerit; niſi dicere malimus, Venenum per tot temporis ſpatium in corpore infantuli latuiſſe.

45. Quoad *Indicationes*; Tres illarum vulgò ſunt ſpecies; *Curatoria, Præſervatoria, Vitalis.* *Iſta* in hoc morbo deſumitur à causâ continente, Exulceratione, quandoque & à ſymptomatibus vehementioribus. *Media* à cauſis exulcerationis proximis. *Ultima*, à parte affectâ & viribus.

46. Cùm autem juxta communem *Practicorum regulam*: Primum in Indicando ſit ultimum in curando, hincq; per cauſarum ordinem debeat fieri progreſſus: Idem & nobis heic Practicandum.

47. Primum itaque in Dyſ. ſe obfert *Ulcus*, quod indicat ſui mundationem & conſolidationem: Hinc *dolor* urget, cupiens mitigationem: Poſtmodum *fluxus* inſultat, requirens adſtrictionem.

48. Tria autem iſta: cùm fiant à causâ erodente, acri, malignâ, non tam quà in partem affectam jam fluxit eique inhæret, quàm quà & adhuc fluit: non poſſunt ſanè tolli, niſi & hâc ſublatâ eorum causâ. Opus g. heic ratione malignitatis præſentis; *Alexipharmacis*: ratione cæterorum humorum pravorum; *Vacuatione*, (ac ubi opus *alteratione* ſeu correctione) *derivatione, revulſione.*

49. Hæc ita inverſo ordine, juxta cauſarum ſc. ſeriem, in praxi erunt expedienda, *Miniſteriis* ac præſidiis partim *Chirurgicis*; partim *Pharmaceuticis*; partim *Diæteticis*.

50. Inter Chirurgica præſidia ſtatim ſe obfert Venæſectio, quam inter initia hujus morbi adminiſtrare non verebimur, præſ. ubi ſcopi aderunt mittendi ſanguinis, aberunt prohibentia.

51. Cùm autem in Dyſ. plerumque hæc ſint præſentia: Sanguinis nempe copia: ejus vehemens ad locum affectum irruptio: humor pravus ſanguini immixtus (nam & hoc modo in *Cacochymiâ* non inutilis eſt V. S: *Vid. CL. D. Pr. de Feb. p. 175.*) Phlegmone aut Phlegmonodes Inteſtinorum diſpoſitio, nō tam Dyſenteriæ, quàm & *febri continuæ* conjunctæ ortum præbens: Intemperies Epatis

quan-

(quandoque & Cordis & Lienis) calida: consueta αἱματικκρίσις subpressa: quin præter hæc vires quandoque in principio non obstent: Reliqua quoque consentiant, cœlum, ætas, anni status, tempus, Regio &c. Sanguinis missionem quis dissuaserit?

52. His cùm adcedat *Experientia*, ceu optima *Rerum Magistra*, ac fidissima testis, quid moremur illos, qui vetant V. S. *nimium timidi, parum cauti*? Interim tamen & nos cauti erimus in eo, ut non confertim, sed per vices mittamus sangv. Ita nempe *opt. Revulsionis remedium erit venæ-sectio!*

53. Sed quæras, ubi & unde mittendus sanguis? Dico breviter: In dextro brachio ex Medianâ vel Epaticâ, vulgò sic dictis. Alioquin nullum heic mihi esset discrimen. Pro ratione tamen majoris vel minoris Revulsionis, potest & in extremâ manu, ex *Salvatella* (quam ajunt) vel *aliâ quâcunq; oculis vel scalpello obviâ*, sangvis emitti. Non enim ibi tanti refert, s. salvatellam s. hanc s. illam venam seces, modò sanguis egrediatur, ægroq; sublevamen ferat. Cùm enim venæ istæ extremæ omnes sint ab uno Cavæ trunco (s. à corde, *juxta Aristotelem*; seu ab Epate, *juxta Galenum*, oriundo) & ex omnibus exsilire sanguis possit, quid multo opus discrimine? Scapha itaque heic Scapha sit!

54. In obstructionibus verò menstruorum vel hæmorrhoidum potest vena aliqua in Talo vel pede inferiore (quamquam in electione venularum nemo debeat esse adeò sollicitus) secari. Si lubet, hæmorrhoidales quoque venas aperias, modo, qui videbitur magis commodus, vel cucurbitulas scarificatas scapulis, non scarificatas ventri inferiori infigas, licèt & heic scarificatas nonnulli adhibeant. Fricaturis ac ligaturis quidam utuntur, sed vix magni quid præstabunt. Inprimis heic *prospice, quid valeant humeri, quid ferre recusent!*

55. Inter *Pharmaceutica* præsidia, obcurrit primùm *Purgatio*, quam ut cum *Massariâ in Prax. Med. c. de Dys.* omittamus ac prorsus relegemus, omninò non cogimur, cùm purgationis principale heic habeamus indicans, *Cacochymiam*, satiusq; prodesse putemus, semel in hoc duello hostem vincere, quàm prostratis viribus sæpius cum isto sed frustrà dimicare; toties toties n. Natura debilior

facta

facta non faciet, quod recta purgatio vel ſemel; quin antequam Natura proſtrata ſemel id faciat, citius peſſum dabitur!

56. In elegantiſſimos ſanè labuntur labyrinthos, qui in morbi hujus primis primordiis nil niſi adſtringentia adhibuiſſe nôrunt: Hei mihi! Cui Bono? Ad *Galenum* iſti ſe devolvant & diſcant, quàm pulcelli ex intempeſtivâ Dyſenteriæ ſubpreſſione generentur Hercules? Melancholia: Inſania: Pleuritis: Dolor Renum: Sanguinis ſputum ac Vomitus: Epilepſia: Hydrops? *De ven. ſect. adverſ. Eraſiſtr. 6.*

57. Nitimur nimirum & heic *Experientiâ* non fallaci, quæ ipſa teſtatur, pluribus purgationem in principio profuiſſe. Non facilè tamen, imò ne vix quidem admittimus purgantia Fortia, ut *Scammon. Colocynth. Ellebor.* alia: vel propterea, quòd Humores Dyſenterici quamdam Scammoniacam q. Colocynthicam, Elleborinam ſapiant Naturam. Ut jam taceamus, fortia iſta adhibita fortius procreatura malum.

58. Prævalebunt itaq; *Leniora* leniorem purgationem inſtituentia, quæ pro diverſo ſcopo, in doſi vel augeri, vel minui, ac in uſu, initio tamen morbi, antequam ſc. Inteſtina graviorem ſentiant aut contrahant exulcerationem, repeti poterunt. Et quid. talia prævalebunt, quæ ſimul facultati purgatrici adſtrictoriam quamdã habent admixtam. Ubi tamen præparatione humorum opus fuerit, præmitti ea poterit, potiſs. in materiâ atrabilari, pituitosâ ſalsâ ex aduſtione vel putredine ortâ: Quæ autem quibuſvis humoribus præparandis idonea ſint pharmaca, ſatis ſuperq; nota ea ſunt ex Practicis, è quibus videatur *CL. Dn. Præſ. in de Febr. p. 238. ſeqq.* Frequens hodie uſus eſt *Cremoris* Tartari, in convenienti liquore exhibiti. In malignâ materiâ, Alexipharmacorum admixtio neceſſaria erit.

59. Convenientia in præſenti purgamina forent, tum ſimpp. tum compp. utpote; *Rhabarb.* (de quo plures teſtantur, ex iisq; *CL. Dn. D. Mindererus in Disquiſ. Iatrochym. de Calcanth. c. 3.* ſcribit: Rhabarbari uſum in Dyſ. præclaram perſæpe opem præſtitiſſe viſum fuiſſe) *Myrobalani* item, *Syr. roſ.* ex Infuſ. roſar. pallidar. paratus, ſimpl. vel comp. isq; nunc ſolus, nunc cum pulpa *Tamarind.* aut dia-

 prun.

prun. ſ. in decoct. hord. ſero lactis vel alio liquore deſtillato conveniente propinatus. Ut & ſyr. de *Cichor.* cum Rhab. & omnia alia Cichoracea: *Abſinthium* quoq; *Mechoacanna*, *Agar.* Micleta compoſitio dicta, *Elect. lenit.* Diacathol. Triphera Perſica, ſimilia.

60. De *Rhabarbaro* tamen hoc notandum, non eſſe illud torrendum, juxta vulgi morem, ne ſc. partem volatilem, in quâ vis purgandi reſidet, amittat, vel acrimoniam inde acquirat, relictâ parte craſſiore, adſtringendi ſolùm vi præditâ.

61. Tutius ei admiſcebuntur *Myrobalani*: Aut præparabitur Rhab. adſperſione aq. roſ. factâq; ap. lentum calorem exſiccatione. Aut exhibebitur in aq. Tormentill. plantagin. vel cum ſyr. ſ. conſerv. roſar. *Amat. Luſitan. Curat. 44. curat. Medd. cent. 2.* laudat repetitam Rhab. infuſionem in aq. plantag. cui tum addit, pulpam *Caſſiæ* noviter extractæ ad ℥ß

62. Ex modò dictis, aliisq;, varia Medicamentorum genera pro lubitu Medici & ægri, parari poterunt: Utpote Potiones; Boli; Pulveres; Syrupi; Clyſteres; & pro infantibus ac delicatulis, Panis Marcius, &c. Quorum compoſitiones partim ex aliorum *Practicorum* plenis libris; partim & ſuo tempore ex *Cl. D. D. Praſ. & Præc. Medicin. Practic.* petere quilibet poterit. Theſium ratio officium tale facere jam non ſinit.

63. In *Vomitoriis* cautus ſis oportet, ne gravius facias in ægro naufragium, fortèq; illidas in partes principes, è quibus poſteà ceu è ſcyllâ aut charybdide non poſſis amplius emergere. Ubi Indicatio Vomitorii omninò adeſt, fac ne ☿ ij (quod multi hod. magis avari Mendici quàm Medici, non tam pro ſecreto, quàm auro & gemmis, venditant, idq; ferè indifferenter, nullâ circumſtantiarum aut perſonarum habitâ ratione, in pleriſq; morbis adhibent) te facias participem. Laudant equid. nonnulli & ⊕ album vomitivum in iis, qui ex fructibus horæis malum contraxerunt, ut inquit *Minder. de* ⊕ *p. 66.* Sed utinam vires in Dyſ adeſſent, quæ tam fortem vim vomitivam ſuſtinere poſſent! utinam abeſſent alia prohibentia!

64. Quod

64. Quòd si autem materia omninò vellicans seu stimulans in principio circa ventriculum hæreat, æger quoq; ad vomendum inclinet, & patiatur id malignitas, mitioribus aliquantum vomitivis contenti esse poterimus, ut Hydromel. cum ol. decoct. raphan. Cortic. inter. jugland. virid. sem. Raphan. Atripl. Radic. Asari pulverif. ad ℈j vel ʒß cum oxym. s. vel aliis. Hæc tamen vix magni quid poterunt, sed & fortean nil magni præstare debent.

65. Diuretica dare licebit post rectè adhibita, alioquin in princ. adhiberi debita; Qualia sunt Decoct. & Emulf. 4. sem. fr. maj. in sero lactis. Radic. item fænic. petrosel. in jure Carn. additis tamen roborantibus.

66. *Hydretica* s. sudorifera, potiss. ubi aderit malignitas, itid. propinare post purgationem rectè institutam, conceditur. Observandum tamen (quod & alii observarunt) hæc unà cum Vomitoriis & Diureticis, iis magis prodesse, quibus aliâs adsuetis prodesse consueverunt.

67. Palmam heic aliis longè præripiunt; Inpr. *Lapis Bezoarticus verus*: exemplo Principissæ ap. *Guil. Fabric.* curatæ *Tr. de Dys. c. 10.* Terra item Sigillata opt. *C. C. sine ustione præparatum.* His succedunt Card. benedict. pulvis, syr. extract. & ⊖. Item ⊖ absinth. Rob. Sambuc. Scabios. Zedoar. scordium, alia. Exhibetur à quibusdam *phlegma* ⊕ *cum aq. Card. benedict.*

68. Immiscent supradictis nonnulli Chymici, horumq; Adseclæ, atq; in alterantibus potiss. exhibent Spiritus ⊖ ac ⊕: item Misturam seu spir. Tartari comp. ex sp. Tartar correcto, aq. Theriacali camphoratâ & sp. ⊕. Utuntur & quidã Phlegmate ⊕ tamquam sp. ⊕ impotentiore, item cremore Tartari & Tartaro ⊕lato in suis adpropriatis. Finck. in Enchirid. dogm. Hermet. laudat ⊕ ♂tis, cujus compositio ibi videri datur. Sed in plerorumq; talium usu probè dispiciendum, quid in exulceratione Dysentericâ fiat, quid minus fieri debeat, inpr. ob acredinem?

69. Ratione febris, ejusq; malignæ, pl. aliâs possunt sp. ⊖ ac ⊕ vi suâ attenuativâ, incisivâ, apertiva, item, quâ pollent, putre-

dini ac malignitati resistendi inflammabilitatem humorum prohibendi, sitim pellendi ac quodammodo refrigerandi. Videndum autem quid indicantia nostri morbi velint, quid prohibentia nolint, istorumq; ratione temperatura instituatur. Si *D.D. Minderero* fidem non denegabimus, utiq; & ⊕li in Dys. usum aliquem admittemus, sed certâ præparatione factâ. Scribit enim is *Disquis. Jatrochym. de* ⊕ *p.16. Nullum in rerum naturâ esse morbum sublunarem, cui non ex* ⊕ *efficax & competens remedium parari ac utiliter depromi queat!* Idq; postea tantum non ita extollit, uti videatur è cœlo delabsum!

70. In *Epid. Dys.*, prout alioquin malignitas & necessitas urgent, non tam purgantibus, quàm alterantibus (si tamen istis opus sit) misceri in principio necessum est *Alexipharmaca*, propter vim resistendi venenis.

71. Sunt autem insignia; C. C. sine ust. præpar. Corall. rub. præp. Margarit. præp. Terr. sigill. Siles. ocul. canc. fluviat. Bol. armen. succin. præp. os de C. C. smaragd. præp. Lap. Bezoar. Ver. Fol. auri. Hinc *CL. D. D. Pr.* præparat *Pulverem* suum *Bezoarticum Dysentericum* non parvæ efficaciæ. Facit etiam huc Syr. de acetos. citri, continet enim quidpiam contra malignitatem!

72. Ratione *Indicationis Vitalis* urgentis, possunt Epati, Ventriculo, Lieni, Cordi, Adpropriata sua Fortificantia per vices exhiberi, sed præmissis semper præmittendis. Ut sunt Conserv. ros. viol. Buglofs. Cichor. Man. Christi perlat. Rotulæ è succo Rib. vel Berber. Morsuli de succ. & cortic. citri. spec. Diarrhod. Abb. Diatr. Santal. Diamarg. fr. alia.

73. *Dolor* cùm in Dysenteria plerumq; valdè urgeat, & verò gravia symptomata (interq; ea & paralysin Colicali & Scorbuticæ similem) excitare aptus sit, abigendus omninò, aut saltem *Anodynis* dictis sedandus, facto à levibus ad fortiora progressu.

74. *Levia* erunt: Lac vaccin. & caprin. certo tamen modo præparata, ne febribus obsint: olea amygd. dulc. oliv. ros. omphac. sed recentia: butyrum item recens sed f. f. cum sacharo. Quidam suos *Clysteres anodynos* hçic laudant.

75. Istis

75. Istis nil proficientibus, forciora fortè proderunt, *Opiata* dicta. Ut Philon. Rom. (cujus ʒj ß Trochisc. de Bol. Armen. cum pauco Vino, utiliter adhibuit *Amat. Lusit. Cent. 4. Cur. Med. p. 455.*) item Pill. de Cynogloss. Laudan. opiat. Præsertim prout noviter *à CLL. D. D. Platero & Præs. in Practicis* præscribta ac præparata sunt.

76. *D. D. Minder.* utitur opio ritè præparato & per ambræ coadunationem correcto. Dicunt alii Sulphur ♁li esse anodynum, experimento sumto à Gallinis, quas granis istius Sulphuris aliquot sumtis leniter obdormiscere, postea vero alacriter expergisci ajunt. *Sed nondum Res omnis proba est.*

77. Sed & hæc prosunt post principia. Imò cauto opus est, ut opiatis rectè propinatis, posteà Intestina decoctis vel Infusis abluat, vicinaq; viscera roboret, relictæ *f*orsan noxæ corrigendæ E. Valeatq; heic illud: *Nil temere!*

78. Hisce ita præmissis, fractâq; hosti cum viribus irâ, ad alia properandum arma: *Adstringentia*: Calida; frigida; interna; externa.

79. Ista pro diversitate humorum, febris item vel præsentiâ vel absentiâ, in parvâ, licèt frequentiori, dosi, variari ac dari possunt & debent. Valeat tamen & heic illud: *Nil subitò!*

80. Peracto itaq; dierum aliquot curriculo, demum ista prosunt, ne obsint, quæ th. 56. *ex Gal. suprà* dicta sunt. Et ne eveniat, quod (exemplum addere lubet) *Puellæ* septenni ap. *Fernel. 6. Pathol. 9.* ex largâ manu exhibito, obq; *Diarrhœam* præproperè sumto *Cydoniato*, miserabili accidit exitu.

81. Præsenti nostro scopo satisfacient: Nux inpr. Moschata, vel cum tostione (eâq; non in laminâ candenti ferreâ, juxta quorundam morem, sed stupparum cannabinarum involutione atq; ad cineres calidos adplicatione, leviter factâ) vel (juxta *Craton. in Consil.*) sine istâ. Conveniunt quoque absinthium, mentha, Caryophyll. Spica nardi, Thus, Myrrha, Mastix, cera, præs. in pomo (quidam Cydonium malunt) assata.

82. *Radices* item Filipendulæ (quæ pro *speciff.* habentur) Tormentillæ, Nymphææ, Bistortæ, Altheæ, Alceæ, Malvæ; Tota

Plantaginis planta. Lysimach. Coniza, Herniaria, *Rosæ* rubr. Balaust. *Semina* acetosæ, oxylapathi, extremitates sanguisorbæ. Sic & *Fructus*: cydonia mala (præs. horum *Miva*) Ribes, Berberes, Mespila, Sorbi, Baccæ Sambuci. Glandes quercus: item Tunica interior Castan. pulveriss.

83. Ex *Animalibus* laudantur C.C. ejusque Genitale exsiccat. Unicornu (modò verum habeatur) Pinguedo vervecis circa Renes. Omentum hircinum & vervecinum, suprà ventrem extensum, singulare Dysenteriæ Remedium vocat *Amat. Lusit. in centt. p.552. & 562.* Caro item Turturis, ejusque in ollâ combustæ pulvis: cujus parandi modus videatur *ap. Arnold. Villanov.* Item coagula; Leporinum & Equinum. Stercora: leporin. Asinin. Caninum, quod mirè laudat *Massar. ex Gal. p. 465.* in lacte chalyb. exhibit.

84. E *lapidibus* sunt; Margaritæ, Corallia, Smaragdus, Lapis Bezoar, Hæmatit. Silices igniti in liquoribus convenientibus exstincti. E *Terris*; Bolus Armenus, Terra sigillata (Siles.) alia.

85. E metallis commendantur; Ferrum, Æs, Chalybs, Aurum: Sed ignita, inq; lacte, aq. vino, aliisve liquoribus (aq. plantag &c) exstincta. Laudabilis inpr. est *Crocus ♂ Chymicorum* (non quid. solvens aut aperiens, sed) *adstringens rectè præparatus*: (Crollius habet Essentiam croci ♂) item *Chalybs* certo modo præparat. In cujus *Usu* Myriades Discrepantiarum vide ap. *Hoechstetter. in observ. Medic. Decad. 2. p.125. seqq.*

86. Sed cùm modò dictorum aliqua constent vi duplici, & solvendi & adstringendi, *Chymicis* eò acrius laborandum, ut diversitatis veram causam in apricum proferant, varieq; solvant & extrahant, quod vario scopo, in Morbo hoc Dysenterico conveniat. *Mercatus* quidem aliqua dicit 2. Morb. Mul. 18. Sed nec omnia dicit, nec ea, quæ ad nostrum palatum.

87. Nobis breviter videtur; plura enim ob institutum non licet: Aliud sc. posse *Metalla Integra*: aliud *Resoluta*: quò faciunt Ignis Reverberii dictus: Aquarum item fortium ac spirituum ⊕, ⊖, Sulphur. Nitri & aceti destillati, adfusiones; Sulphuris quoq; candenti chalybi adfrictio.

88. Mul-

88. Multum dein pollere putamus *Spiritum* istum *Coagulantem Metallicum*, metallis sc. infixum, occultoq; modo plura operantem. Multum item præstare ⊕latam Metallorum naturam, ratione sc. ⊕, proximæ ipsorum materiæ, in quam (*Vitriolatam* nempe *materiam*) omnia Metalla Artis auxilio reverti possunt ; idque inventum ⊕, Metalli ⊖ dicit *Caneparius*.

89. Hæc tria si rectè ad Dysenteriæ curam adcommodentur: Ubique nostro equid. judicio prodesse poterunt, nocere nullibi. Poterit nempe in Metallis vis solvens, aperiens, adstringens, nunc, pro variâ præparatione, conjungi, nunc solvi; nunc hæc, nunc illa, sola haberi. Quæ tamen omnia relegamus ad Artifices.

90. Consulantur præ aliis, *Petrus Maria Caneparius cremensis in operis novi de Atramentis, description. 3. c. 14. p. 138. seqq. CL. D. Præs. in Prælection. Practic. de Dysent. sub fin. & Dn. D. Raymund. Minderer. in Disquis. Introchym. de Chalcantho p. 16.* ubi inter alia, ⊕ cyprium magnam ☉ quantitatem in se continere ait, ex quo ad utriusque Luminaris, ☉ & ☽ dissolutionem, menstruum parari possit, quod vulgaribus mineris absque additione non concessum sit: ideoque ⊕um *sedem esse & habitaculum omnium spirituum Metallicorum*, in se habens Sulphura, ⊖a, Rochas, Ochras, Gillas, Aquas & Ignes. *Quæ pro lubitu videri possunt.* Hæc obiter!

91. Ex prædictis autem *adstringentibus*, fluxumq; Dysentericum inhibentibus, varias item parare licet Remediorum Formulas exhibendas & adhibendas.

62. *Intrinsecus*; Pulveres (inter quos Dysentericum suum dictum laudat *Crollius*: Referri huc potest Tragea Granorum Actes *Querc.* item ⊖ seu Magisterium corallor & oculor. ♋) Conservas, Rob, Syrupos, (è quibus Syrr. Myrtin. Cydon Granator. acetos. cerasor. acidor vel Berber. aut de ros. sicc. quidam exhibent cum ol. ⊕. Laudatur quoque Syrupus de Corallis *Quercet.*) Potiones & Claretta, Aquas destillatas, Tincturas, (inter quas *Quercetani* laudanda est, unà cum ipsius *Aquâ Dysentericâ*, quas exscribit *Mylius in Antidot. Medicochym. p. 565. & 596.* Tinctura corallorum multis haud improbabilis est) Extracta, Emulsiones, Electuaria, Morsulos & Rotulas, Pilulas, Trochiscos.

93. *Extrinsecus*; *Clysteres adstringentes* dictos, quos ratione sæpiusculæ injectionis cum *abstergentibus* permutare licebit. Topica item: ut *Linimenta* & *Unguenta*, per ol. Mastichin. Cydon. Myrtin. Rosac. Absinth. Menthæ, *Sambuci*. Post hæc *Cerata* seu Emplastra (inter quæ, Emplastrum quoq; ex Theriac. & Terrâ sigillata componit Crollius) Cataplasmata, Sacculos & Fomenta. *Insessus* quoque in Balneo Dysenterico rectè præparato & adhibito. Quamvis, si cautè loqui velimus, *Insessus à Balneo* distinguendus sit. *Sed videndum, ut omnia recto ordine, recto tempore, administrentur!*

94. Ordo *Indicationis Curatoriæ* nunc tempestivè *Ulcus* accedere, idq; pejori modo in *Dysenteriæ progressu* se habens, mundificare ac detergere jubet.

95. *Lenioribus primum*: Decocto Hord. furfur. parietar. Lupulor. Amygdal. amar. sero lactis, hydromel. aliis, partim per superiora, partim per inferiora.

96. Dein *Fortioribus* per guttur inferius injectis: Decoct. Prassii, Gentian. Aristoloch. Muriâ olivar. urin. human. aliis. Quibus tamen superinjiciendus *Clyster mitior*, doloris leniendi gratiâ.

97. *Fortissimis* interdum quoque per alvum, ap. Antiquos (nos non item) usitat. immissis; ut: Chartâ combustâ ac Trochiscis inde comp. Cadmiâ, Sandaracâ, Calce vivâ, squamâ æris, ære usto, sulphur. in s. q. seri lactis chalybeat. E *Chymicis* quidam in Ulceribus, præc. malignis, laudant Phlegma ⊕, item ⊖ ⊕li (quod tamen intra corpus non utile) Sed non liceat ad hæc & ista & alia, tutò confugere, cùm semper tutius sit, in mitioribus aliquantùm persistere.

98. Dein jubet *Methodus* Cavitatem Ulceris implere *Sarcoticis*: Utpote Sarcocollâ, Mastich. Tragacanth. Ladan. Hypocysth. Cortic. Thur. Sangv. Dracon. C.C. ust. Bol. Arm. Terr. Sigill. Posteà verò adglutinare & cicatricem inducere, partim aliquibus *suprà th. 81, 82.* adductis: partim his: Herbb. ac Radd. Consolid. maj. Verbasc. Liquirit. Veronic. Potentill. Pyrol. Pilosell. Solidag. Polygon. caryophyllat. Irid. Aristoloch. Cyper. Virg. aur. Equiseti, simill.

99. Inter istas *Gal.* laudat Plantaginem cum orizâ: Myrti

item

item baccas cum vin. Vel aq. coctas; Plantag. autem ſuccum cum adipe hircino per clyſt. injectum. *In εὐπορίστοις, item 9. comp. Med. κ. ζ. ς.* Si quos tamen plurima per totam hanc materiam, ſe inſaturandi adhuc fames teneat, obſonia illis lauta parata ſunt *ap. Ætium Tetrab. 3. ſ. 1. c. 41. Amat. Luſitan. centur. 2. cur. Medicinal. à cur. 44. ad 49. cæterisq́ centuriis paßim. Hieron. Capivacc. l. 3. pract. c. 17. Foreſt. & Schengk. in obſervv. Jul. Cæſar. Claudin. Reſponſſ. Medic. 5. 6. 13. Alex. Maſſ. 3. Pract. 22. Langium l. 3. Epiſt. Feliciſſ. Plater. Tract. 3. Pract. Cl. D. D. Præc. ac Præſ. Prælection. Pract. de Dyſ. Guilelm. Fabr. Tr. de Dyſ.* (Höchſtetter *in obſerv.*) *Bric. Bauderon. in Prax. Med. c. de Dyſ. alios paßim.*

100. Tandem veniendum ad *Diætetica*, quæ Medicamentorum Indicationibus ſint conſentanea, non contraria. Cum multorum enim malo ſæpiſſimè hactenus evenit, ut quæ Medicamentorum ope elevata fuere, pravâ victus ratione iterum peſſum dentur. Prout multis Imperatoribus cum Integris Copiis iſtam Calamitatis cladem obveniſſe ſcribit *Matthæus quæſt. 45. centuriæ.*

101. Cùm autem neceſſario *aëre* fruatur homo, eligatur is Temperatus, *ad caliditatem tamen potius vergens.* Exigit talem, Humorum Dyſenterialium tum acrimonia tum præc. malignitas. Poros enim heic conſtringi perquam inutile. Natura aëris ſi ita non habeat, arte comparetur Suffimigiis, aq. roſ. viol. herbb. per cubile diſperſis, aliis ad modum notis.

102. Quia quoque Dyſenteriæ plerumque Febris conjuncta, unde morbus magis acutus redditur, victum initio requirunt iſta tenuem, ex ſententiâ *Aph. 10. ſ. 1. Hipp.* Ne tamen vires recuſent *ex 1. aph. 4.*

103. Cibi ſint *εὔπεπτοι:* Declinent tamen quodammodò ad frigiditatem cum vi adſtrictoriâ & roboratoriâ conjunctam, ut ſunt Meſpila, Cydonia, Pyra, Poma auſtera ſub cineribus aſſata, Parari tales & arte poſſunt. In principio tamen victus laudantur Conſerv. Roſar. Diacydon. Panis biſcoctus albus, item amygdalæ, alia.

104. Conferentia quoque ſunt Juſcula Carnn. Gallin. & Capon. rec. caſtrat. adjecto butyro ſ. ſ. oleis item conven. ut &

Lumbricorum terrestrium, concis. cum carne coctor. sed ante cibum (ne urinam moveant) jura quoque ex intestinis brutorum, item è Testudin. Anguill. cochleis. Item juscula consummata dicta exhibita. Aqua ista vulgaris ex carnibus, additis tot pretiosis, destillata, nescimus qualium sit virium, parùm itaque prodesse videtur. Radices item Tormentill. Plantag. bistort. Eryng. fragar. Cychor. simill. cum carne coquere pulveresque convenientes ex C. & Genital. Cervi præp. Corall. Terr. Sigill. Croc. ♂ rectè præparati, simill. admiscere convenit: Inconveniens contrà est usus Piscium quorundam, carnis suillæ, simill. Nimius item usus Sacchari & mellis.

105. *Potus lactis*, in quo Silices, chalybs, aurum, ignita exstincta sunt, summè confert. Nec veremur heic *aph. Hipp. 5.64.* Serosa enim lactis substantia per exstinctionem dictam (non tamen multoties repetitam) amittitur, relictâ caseosâ ac terrestri, quæ majorem adstrictionem ex prædictâ præparatione acquirit. Vaccinum tamen in hoc casu præ Caprino eligimus: Cui & Sacharum rosatum aliaque similia immiscere licebit. Ita lac medicatum habebimus utile. Muliebre quoque lac non inconveniens est. Exemplo Pueri ablactati, dysenteriâ laborantis, ad maternas mammillas iterum admissi & curati *ap. Fabrit. Tr. de Dys.*

106. Aliàs parco potu frui melius. E potulentis tamen eligantur; Vinum rubrum stipticum, item è prunis sylv. & succ. s. syr. citri. Mali Punici, Ribium, Berberum, inditis quoque floribus Acaciæ, Balaustior. paratum. Absinthites etiam cum decoct. Cichor. & reliquis cichoraceis. *Cerevisia* item pura, ac, ubi haberi solet poteftque, *alba*. Aqua pura bibita cuidam bilioso juveni *ap. Amat. Lus. cent. 2. cur. 46.* profuit. Sed imitetur cum periculo, qui volet. Possunt tandem & potiones vel emulsiones ex arte parari è Fructibus Adstringg. & simplicib. suprà dictis. Potum Aquæ Thermalis (*Montis Catini*) laudat *Fallop. Tract. de Therm. c. 11. p. 234.* omnesque Dysentericos ejus potu convaluisse scribit. Sed multâ hodie cautione opus habent istiusmodi Thermalia. Notandumque quod *D. D. Mindererus de Chalcanth. p. 106.* ait: *offendere acidulas Dysentericos.*

107. In

107. In abſterſione Ulceris proderunt: Aq. Hordei, Hydromel. Serum lactis & Coagul. leporinum, quod laudat *Gordon. in ſuo lilio de Dyſ.* In Conſolidatione utilis eſt oriza ſola vel cum lacte, additis pro lubitu Plantag. Sumach, acetoſ. ſimill. Aquam item decoctionis Gnaphalii, vinumque inde paratum extollit ex *Dioſc. l.3. de mat. Med. Amat. Luſitan. Cent. 2. Cur. 44.* Utuntur quidam & ſuffimigiis ad Conſolidandum ex Anguill. &c.

10. Excreta quod attinet, ſepeliantur iſta, & quod potiùs eſt, Calce tegantur, ad comprimendos Vapores & fœtores malignos, ne aliis poſtea moleſtias creent, vel in idipſum hoc malum eos detrudant ob contagii vim.

109. Somnus maximè convenit ad recollectionem virium, in fluoribus alioquin ſat debilitatarum: Cujus uſum Anodyna & Opiata inpr. monſtrant. Motus nimius carpitur, unde & iſtius vitandi E. pelvium ægris Dyſentericis in lecto ſubjiciendarum peculiaris forma deſcribitur à Guil. Fabr. in de Dyſ. 7.

110. Adfectus animi in freno teneat æger: caveat immodicam ſenſuum intentionem: immodicam iram: immodicam triſtitiam:

Πᾶν γὰρ τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον.

Hæc ita θετικῶς rudi ſaltem penicillo delineâſſe ſufficiat:
in quibus ſi plurimis non ſatisfactum pro lubitu; cogitent:

Theſes non debuiſſe Tractatum
ſapere!

Ad]



Additamenti loco adjicimus.

1. *Paralyseως ex Colicâ materiam non necessariò è capite petendam esse.*

2. *Idem quoque Valere in paralysi post Scorbutum & Dysenteriam, si quæ sequatur.*

3. *Nec materiam Convulsionis aut Revulsionis dolorificæ in Dys. aut Scorb. aut Colic. semper in nervorum principio quærendam.*

4. *Serum non esse puram putam aquam.*

5. *Lienem (num & Renes?) ad* αἱματοποίησιν *certo modo facere.*

6. *Astrologiam in Curandis morbis præstare quid posse.*

7. *Ichorem Hydropificum non necessariò dependere ab Epate frigido.*

8. *Multos in investigatione causarum Morbificarum pigros reddidisse* πολυθεύλλητον *illud Hippocraticum:*

Πᾶν τὸ Ϲῶμα Ϲυμπνοῦν.

FINIS.